



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Evangelistarivm M. Maruli Spalaten. opus vere  
euangelicum, sub fidei, spei & charitatis titulis in septem  
libros partitum**

**Marulić, Marko**

**Coloniæ, 1532**

**VD16 M 1298**

In fine operis operatio. ca. 33.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35578**

## De charitate Liber VII 531

Lignum vitae, quæ autem immoderata est, conteret spiritum. Et rursum, Responsio mollis frangit iram, sermo durus suscitat furorem, lingua sapientum ornat scientiam, os fatuorum ebullit stultitiam. Quæ igitur dementia est, cum tui arbitrii sit linguam facere bonam, committere potius ut facias malam? Beatus es si cū beatō lob dicere poteris. Non inuenietis in lingua mea ini-  
quitatē, nec in labiis meis stultitia personabit. Bea-  
tus es, si tibi ad dominum conuerso cum Ieremia glori-  
ari licebit, dicente, Quod egressum est de labiis meis, Ierem. 17.  
*lob. 6.*  
*rectum in conspectu tuo fuit.*

### In fine operis peroratio. Ca. xxiiij.

**A**D finem tandem operis deo auxiliante peruen-  
tum est. Cui soli gratias agimus atq; habemus  
confidentes eius esse beneficium, quicquid a no-  
bis recte institutum recteque tractatum fuerit. Nihil  
autem non recte dicitur, quod cælestis disciplinæ veri-  
tate firmatur. Quare omnes equidem, qui ista legent,  
rogatos volo, ne forte incompti impolitique sermonis  
mei asperitate offendātur, ad ipsas dūtaxat diuinæ scri-  
pturæ autoritates atque sensus animum applicent, &  
quod salubriter monentur, hoc etiam omni studio per-  
ficerent, vt sanctæ religioseque viuendo vitam il-  
lam acquirant, qua melius feliciusq; optari queat nihil  
vitam inquam illam quæ non in terra habetur, sed in  
celo, incorruptibilem, immortalem, æternam, beatam,  
gloriosam, bonorum omnium plenissimam, & nullius  
participem mali, non philosophis, non oratoribus, nō  
poetis promissam, sed in Christum credentibus diuinæ  
que obtemperantibus legi, hoc est, pietatem iustitiam  
que colentibus. Nihil itaque vobis proderit o philoso-  
phi, scite subtiliterque ratiocinari, nisi etiam innocen-  
ter integreque vixeritis. Neque vobis rethores ornate  
copioseque dicere vlli erit emolumento, nisi comptri & Poetæ.  
exculti yrtutibus incesseritis. Neq; em vobis qui in bici-  
piti somnia stis Parnaso, in componendis poematibus  
Homero atq; Vergilio esse pares vslui erit, nisi profliga-

Philo-  
phi.

Oratores.

Poetæ.

ta vitiorum labe , morum puritatem atq; munditiam  
 retinueritis . Huc igitur vota , huc studia vestra confe-  
 grantur , vt si minus liceat eruditionem simul & virtu-  
 tem possidere , magis optetis probitatem fine doctrina  
 quam sine probitate doctrinam . Quod si fidem , spem ,  
 atq; charitatem sancte colueritis , beatitudinis præmia  
 deo largiente capietis . Ipsiis autem qui ad illa perueni-  
 unt , imparitur & scientia plenior , & eloquendi ratio  
 præstantior , & virtus omni ex parte perfectior , quam  
 nullus usquam mortalium aut habuerit in terra , aut ha-  
 bere possit . Vbi enim beatitudo ?a , ibi & omnibus ani-  
 mi bonis referta possessio . Quod si Paulus ad tertium ra-  
 ptus cælum , audiuit arcana verba , quæ non licet homi  
 si loqui , si nec oculus vidit , nec auris audiuit , nec in cor  
 hominis ascendit , q̄ta præparauit suis cultoribus de-  
 us , profecto ista quæ oculis cernimus , quæ auribus ex-  
 cipimus , quæ mente cōpleteimur , illis quæ omnem sea-  
 sum superant , nullo modo valent comparari . Nihil igi-  
 tur vobis ad summam felicitatem defuturum speretis ,  
 si non defuerit virtus . Cuius quidem leges atq; præce-  
 pta in his libris satis (vt reor) abudeat a me relata sunt ,  
 non ea inquam præcepta , quæ homines qui errare pos-  
 sunt , tradant , sed quæ ipse hominum angelorum-  
 que conditor deus , in quo solo nullus omnino  
 cadere potest error , tribuit nobis . Ip̄m ergo  
 audiamus , ipsum sequamur , ad ipsius do-  
 cerinam , vitam moresq; cōponamus ,  
 si ad ipsum , vt summo illo indici-  
 biliq; bono semper fruamur ,  
 volumus peruenire .

E V A N G E L I S T A R I V M  
 Marci Maruli viri disertissimi , & euangelicæ  
 eruditio[n]is veri doctoris , finit .